

CLXXXIII. *De XI.<sup>a</sup>:*

Horis peractis undecim.

CLXXXIV. *De XII.<sup>a</sup>:*

Quotquot diem determinant.

CLXXXV. *Ad vesperum:*

Rerum Deus, tenax vigor.

*Explicit liber ymnorum*<sup>1</sup>.

## III.

Los himnos, á que en el capítulo X y en las presentes *Ilustraciones* nos hemos principalmente referido, son los generales. Dignos, tanto bajo el aspecto de las creencias y las costumbres como bajo el de las formas literarias y artísticas de ser conocidos, parécenos oportuno el trasladarlos integros á este sitio.

## I.

IN CARNES-TOLLENDAS<sup>2</sup>.

Alleluia!... piis edite laudibus,  
Cives et etherei; psallite unanimiter

<sup>1</sup> No juzgamos desacertado el advertir que el ya citado don Juan Tamayo y Salazar insertó en su *Martyrologium Hispanum* algunos de estos himnos, en particular de los que determinan especial devoción, colocándolos en los días correspondientes á las fiestas celebradas por la Iglesia. Nô atribuyéndoles valor alguno literario, ni concediéndoles otra importancia que la litúrgica, nos ha parecido ocioso el señalar el lugar que en el expresado martirologio dá á cada uno; pero no es insignificante añadir que se observa generalmente poca exactitud y pureza en los traslados, lo cual rebaja grandemente el interés literario que podrían tener, á no existir ya el *Himnario* que examinamos. La crítica de Tamayo y Salazar no era tan escrupulosa que no admitiese, como auténticos, muchos himnos apócrifos.

<sup>2</sup> Este, como casi todos los himnos escritos en versos largos, se hallan en el códice toledano partidos á placer del copista: de la misma suerte lo co-

## PARTE I. ILUSTRACIONES.

## 503

Alleluia perenne!

Hinc vos, perpetui luminis accolae,  
Ad summum resonate ymniferis choris

Alleluia perenne.

Vos urbs eximia suscipiet Dei,  
Quae laetis resonans cantibus, excitat

Alleluia perenne.

Felici redditu gaudia sumite,  
Redentes Domino gloricum melos,

Alleluia perenne.

Almum sidereae iam Patriae decus,  
Victores, capite, quo canere possitis

Alleluia perenne.

Illuc Regis honor vocibus inclytis  
Iocundum revocat carmine perpetum

Alleluia perenne.

Hoc fessis requies, hoc cibus, hoc potus  
Oblectans redites, haustibus affluens

Alleluia perenne.

Nos te suavisonis, conditor affatim  
Rerum, carminibus, laudeque pangimus

Alleluia perenne.

Te, Christe, celebrat gloria vocibus  
Nostris, Omnipotens, ac tibi dicimus:

Alleluia perenne!!...

## II.

## IN SACRATIONE BASELICAE.

Ecce te, Christe, tibi cara semper  
Te Redemptorem omnium potentem  
Supplici poscit pietate Patrem

Turba precantum.

<sup>5</sup> Hic sacra, ut sedis tua sempiterna  
Perpetim constet, maneaque nostris  
Proxima culpis veniam peractis

Corpore corde.

Porta hic coeli pateat sedentibus,

<sup>10</sup> Clausa damnatis, reserata iustis:

pió Burriel; pero nosotros lo restablecemos conforme al *Breviario Gótico* de Lorenzana (pág. 137).

- Veritas, vita, via, lux, et ignis  
Influe mitibus.  
Hic homo verus Deus, et Magister  
Petra, et Pastor, ovis, et sacerdos  
15 Panis, et vitis, sator, et creator,  
Respicere Plebem.  
Hic manet rupis latices beatos,  
Abluet noxas, viuis peremptis,  
Innovet mentes maculas remotis  
20 Fonte perennis.  
Hic caput membra propria reviset,  
Lectio pascat populos aperta,  
Sponsus ut traddat animis amicis  
Oscula sancta.  
25 Flagret hic virtus, species decora,  
Sumat hic dogma, doceatque corda,  
Inriget summa dubiam patentes  
Pectora vita.  
Lapsus, et moestus, pariterque lugens  
30 Fessus, et languens simul omnis errans  
Quippiam quisquis humilis precatur  
Omnia praestat.

## III.

## IN ANIVERSARIO SACRATIONIS BASELICAE.

- Christe, cunctorum dominator alme,  
Patris aeterni genitus ab ore,  
Supplicum vota pariter et ymnum  
Cerne benignus.  
5 Cerne, quod puro, Deus, in honore,  
Plebs tua supplex resonet in aula  
Annua, cuius reveunt colendum  
Tempore festum.  
Haec domus rite tibi dedicata  
10 Noscitur, in qua populos sacramum  
Corpus adsumit, bibit, et beati  
Sanguinis haustum.  
Hii sacrosancti latices veternas  
Diluunt culpas, perimuntque noxas  
15 Crismate vero, genus ut creetur  
Christicolarum.  
Hic salus aegris, medicina fessis,

## PARTE I. ILUSTRACIONES.

- Lumen orbatis, veniamque nostris  
Fertur offensis; timor atque moeror  
20 Pellitur omnis.  
Daemonis saeva perit hic rapina,  
Pervicax monstrum pavet, et retenta  
Corpora linquens, fugit hic remotus  
Ocius umbras.  
25 Hic locus nempe vocitatur aula  
Regis immensi, niveaque Coeli  
Portaque vitae, Patriam petentes  
Accipit omnes.  
Turbo quam nullus quatit, aut vagantes  
30 Diruunt venti, penetrantque nimbi,  
Non tetrus ledit, piceus tenebris  
Tartarus horrens.  
Quaesumus ergo, Deus, ut sereno  
Annus vultu, famulos gubernans,  
35 Qui tui summo celebrant amore  
Gaudia templi;  
Nulla nos vitae cruciet molestia:  
Sint dies laeti, placidaeque noctes;  
Nullus ex nobis, pereunte mundo,  
40 Sentiat ignes.  
Hic dies, in quo tibi consecratam  
Conspicis aram, tribuat perennem  
Gaudium nobis, vigeatque longo  
Tempore usu.  
45 Gloriam Summo resonet Parenti;  
Gloria Christo, pariterque Sancto  
Spiritui dulci modulemur ymno  
Omni per aevo.

## IV.

## IN RESTAURATIONE BASELICAE.

- Oh Beata Iherusalem,  
Praedicanda civitas,  
Quae tuis laeta triumphis  
In supernis civibus  
5 Innovata Regis amplio  
Claritatis stigmate;  
Fulgidum gestans honorem,  
Plena Mater filii,

- Pacis almae gloriosus  
 10 Laetabuha finibus,  
 Rite restaurata claro  
 Sanctitatis lampade:  
 Hic tui templi refulget  
 Sanctior memoria  
 15 Iure restorationis  
 Lucido fundamine,  
 Quum decoris pollet acto  
 Dignitatis sidere.  
 Te precamur hic adesse,  
 20 Conditor sanctissime,  
 Hieque promptus consecrandis  
 Sedibus inlabere,  
 Atque consecrator ipse  
 Hic adesto iugiter.  
 25 Iam templum tui honoris  
 Effice nos servulos;  
 Non caro, non corda nostra  
 Militent discriminis,  
 Sed tuo sacro dicati  
 30 Serviamus nomini.  
 Hic tui altaris aram,  
 Quam decoris gloriam  
 Rite rursus praeparatam,  
 Rex Superne, visita:  
 35 Hic tua virtus redundet,  
 Hic honor refulgeat.  
 Regis hoc altare Summi  
 Sit coruscum lumine;  
 Sit honore mancipatum,  
 40 Sit repletum munere,  
 Sit beatum, sit serenum,  
 Sit placens Regi Deo.  
 Hic tibi nostrorum alma  
 Cordium altaria  
 45 Consecra, Superne Iudex,  
 Innovans nos gratia,  
 Sedibus inlapso donans  
 De supernis munera.  
 Ut tibi per omne saeculum,  
 50 Trinitas sanctissima,  
 Sit honor immensa virtus  
 Et perennis gloria,

Qui Deus in Trinitate  
 Permanes in saecula.

## V.

## IN ORDINATIONE EPISCOPI.

- Verus Redemptor, Christe, lumen luminis,  
 Imago Patris, splendor invisibilis,  
 De Patre natus, antecedens tempora,  
 Ex Matre vero prodiens in tempore,  
 5 Promissionis foedus implens debitae:  
 Tu es Sacerdos, tu sacerdotes creas,  
 Tu Principatum sortis huius floridæ  
 Aaron dedisti, Consecrator inclyte,  
 Per fusionem sancti unguinis,  
 10 Et veste sancta vultum eius predicans.  
 Sublimen cuius in caput praemittitur  
 Nitens olivum, mitra auri lamina,  
 Stola decoris vestimento poderis  
 Ambitetur idem, quem sacramentum nuntiat  
 15 Impressa vesti et colorum dignitas.  
 Cuius hyacinthus torta visus purpura,  
 Cuius dicati praeferentes gloriam  
 Vestis sacra ora tintinabulis  
 Erat corusca rite dependentibus,  
 20 Ut, templum intrans, audiretur Pontifex.  
 Distincta gemmis pulchritudo temporis  
 Affigebatur sub figuris optimis;  
 Smaragdus illic, sardius topatius,  
 Onycinus carbunculus, et ligurius  
 25 Saphirus, iaspis, et nitens crisolitus.  
 Beryllus inde, seu acates fulgidi  
 Cum amethysto ordinis sui loco  
 Distinctionis iuris illic positi,  
 Dabant futuræ gratiae signaculum,  
 30 Quod haec figuræ nuntiarent te Deum.  
 Cuius dicatae sacramentum gratiae,  
 Temptum per umbras transiendo saeculi,  
 Pervenit ad te, liberator optime,  
 Ut quem figuræ precinebant misticæ  
 35 Completa in te veritas ostenderet.  
 Hinc finis ipse legis ad iustitiam  
 Mundi reatum proximans detergere,

- Oblatus ipse tu oblator consecrans  
In Patri aram conlocatam victimam,  
40 Hoc sacramento suscitans Ecclesiam.  
Caput cui factus, et ducator praevius,  
Duces in illam praesulesque conlocans,  
Quorum regatur instruenda legibus,  
Ut erudita gratia Pontificum  
45 Vitare possit dampa saeva mortium.  
Hinc te corona, Christe, fratrum postulat;  
Succesionis clara huius gratia  
Descendat in his, quos futuros praeligis  
Uni columbae praferentis Principes,  
50 Apostotalus gloriam his conferens.

## VI.

## ID. AD MATUTINUM.

- Adest diei, Christe, consecratio  
Honoris illi suscitat Antistitem,  
Nostri recursu innovate temporis,  
Quo hunc vel omnes personare convenit  
5 Ecclesiarum deputatos Principes.  
Sint sacrosanto consecrati unguine,  
Sint sanctitatis praenitentes lampades,  
Compunctionis compluantur munere,  
Confessionis innoventur cantico,  
10 Omni repulso criminum contagio.  
Sint carne puri, sint et ore fulgidi,  
Sint hospitales, sint amantes invicem;  
Signis coruscent sanitatum compotes,  
Virtute pellant spiritus daemonia,  
15 Et veritatis convalesceunt gratia.  
Retorta visus castitatis fulgidae,  
Et unitatis punicea concordia  
Indesinenter corda horum repleant,  
Quae dum patenter mentibus insederint  
20 Adstare possent Christi ad aram liberi.  
Sit his potestas, et ligare et solvere,  
Episcopalis probra privilegio  
Curare morbos corporum, vel mentibus  
Compassionis ferre testimonium,  
25 Portare motum litis ortae scandalum.  
Ut de peractis sanctitatis cursibus

## PARTE I. ILUSTRACIONES.

- Vitae coronam, qua parasti omnibus,  
Te, Christe, vero corde diligentibus  
Hic consequantur, post triumphos saeculi,  
30 Regno perenni consecrandi perpetim.  
Sit Trinitati sempiterna gloria  
Honorque summus, et potestas inclyta,  
Quae Trinitas Pater, Patrisque Filius  
Cum Spiritu unus Deus substantia,  
35 Per cuncta regnat saeculorum saecula.

## VII.

## IN ORDINATIONE REGIS.

- Inclyte Rex, magne Regum,  
Consecrator Principum,  
Veritas signa Patris,  
Christe, vero chrismate,  
5 Quo favente, Regna durant  
Atque Reges imperant:  
Provehe regnum fidelis  
Principis ad gloriam:  
Unguine sacro nitescat,  
10 Sanctitate floreat,  
Fulgeat vitae corona,  
Polleat clementia.  
Gaudeat cum plebe totus,  
Tota Plebs cum Principe;  
15 Sit dies natalis huius  
Feriata gaudio;  
Sit piis omnino votis  
Plena exultatio.  
Ut pie tenendo regnum  
20 Cum beatis moribus,  
In quibus nunc principatur,  
Sic modestus imperet,  
Quo simul cum his fruatur  
Sempiterno munere.

## VIII.

## IN NATALITIO REGIS.

Anni peracto circulo,

Ades, dies celebrior;  
 Natale nobis Principis  
 Nova recursu temporis.  
 5 Quo Matris alvo proditus,  
 Diem petivit saeculi,  
 Lucisque huius pro die  
 Intravit, ortum nesciens.  
 Hunc tu, Creator optime,  
 10 Cunabulis infantiae  
 Vectum per horas temporum,  
 Perfectum aptas in virum.  
 Quem disciplinis erudis,  
 Gratis peragens sensibus,  
 15 Maturitate temporis,  
 Honore ditas regio.  
 Ob hoc, Deus, te poscimus  
 Ut huius adsis quaestibus;  
 Fave rogantem munere,  
 20 Poscentis audiens precem.

## IX.

DE PROFECTIONE EXERCITUS, QUI USQUE IN REVERSIONE  
DICENDUS EST DIEBUS LAETANIARUM.

O verum regimen, Christe, fidelium,  
 Qui vita, via es, ac pia veritas,  
 Lustrans conspicuo lumine credulos,  
 Obscurans quoque perfidos.  
 5 Tu es unigena alma redemptio;  
 Tu verus genitor, nosque clientuli  
 Tanti lacrymis pectora tundimus;  
 Intende pie supplices.  
 Rectores humiles quaessumus Patriae,  
 10 Cum cunctis sibimet pleibus creditis  
 Directo itinere, inclyte, ducito,  
 Dans pacis bona omnibus.  
 Moysi qui famulo ad precem intuens,  
 Ponti purpurea equora dividens,  
 15 Traducis cuneos ysraeliticos,  
 Siccati maris alveo;  
 Et qui ad nicilum Principis illius  
 Pharaonis opus calle potissimo  
 Caleando, rediens impium ilico

## PARTE I. ILUSTRACIONES.

20 Mersis limpha superfluens.  
 Eius quique pius quaestibus annuens,  
 Frendens praevalide mox truculentior  
 Divinis Amalec plectitur ictibus,  
 Consumptis suis omnibus.  
 25 Dux esto placidus his tuis servulis  
 Virtus angelica illis adhaereat;  
 Custos invigilet his tua gloria,  
 Qui es summa benignitas.  
 Ut tamquam vituli Plebs tua commeans  
 30 Ex grege fidei ausibus liberis,  
 Gentes barbaricas cornibus ventilet,  
 Ac planta terat impios.  
 Hostiles acies telaque bellica,  
 Quae frustra minitat turba satellitum  
 35 In necem populi tendere acrius,  
 Everte, Deus, funditus.  
 Cuius presidio inclytus belliger  
 David opilio mente tyrannidem,  
 Goliam subigens saxeо impetu  
 40 Laetus munere redditur.  
 Post hunc qui etiam tempore postero  
 Iudam munificum efficis praelio,  
 Clemens salvivica castra fidelium  
 Depellens cito tedium.  
 45 Nostrorum gemitus aspice Principum,  
 Vulgi funerea murmura contuens;  
 Ex iusto iugulo deseca emulos  
 Tu, Regum Pater omnium.  
 Non nostris noceat pugio finibus,  
 50 Sed firmes animo Principis inclyti  
 In cunctis vigeat robore gratiae;  
 Facti undique compotes.  
 Defende populum vindice dextera,  
 Quem sacro pretio sanguinis emptus est:  
 55 Hac vero lavacri gurgite abluiens,  
 Tot sacras tibi milites.  
 Victricem tribue, Christe, de hostibus  
 Palmam Christicolis coelitus Regibus,  
 Ex totis viribus te redamantibus  
 60 Tota vita, et actibus.  
 Nunc copta peragant gressibus prosperis;  
 Cum pace reddeant sedibus propriis,  
 Pactumque recinant ymnum in aetheris

- Huiusce tibi vocibus.  
 63 Sit Trino Domino gloria Unico,  
 Regnum perpetuum aucta perennitas,  
 Qui semper famulis compta corona es,  
 Regnans saeculis omnibus.

## X.

## PRO VARIA CLADE.

- Rex, aeterne Deus, fons pietatis,  
 Spes tranquilla, salus vera medella,  
 Deffesis requies, pascua vitae,  
 Lux indeficiens, parcae redundans.  
 5 Ad te moestificati murmura dantes,  
 Adclines famuli adsumus omnes,  
 Nollensque misseros morte punire,  
 Conversos potius vivere magis.  
 Tu es confugium illud opacum,  
 10 Ad quod dum titubans conscientia culpis  
 Mens tamdem properat, percipit idem  
 Pro flagris veniam atque salutem.  
 Nos unde nimium territi actum,  
 Quos cladis valide plectitur ictu,  
 15 Ad te confugimus, alme Redemptor,  
 Ut culpam pietas mox sequatur.  
 Mortem, quam minitans voce Propheta  
 Olim yaticinat sic Ieremias,  
 Videmus proprius percite nostras  
 20 Nunc intrare domos atque fenestras.  
 Davidque gravius tempore fluxit  
 Urbem depopulans impia clades,  
 Nostris pro meritis finibus instans  
 Iam quoque gladio vindice truncat.  
 25 Morbi, ecce, lues longius crassans,  
 Ad nos proclivior poene vicinat,  
 At nunc pro vitiis proxima nostris  
 Consistit, perimenis agmina Plebis.  
 Quasdam mortificans durius partes,  
 30 Mittit funereo fibrium ignes,  
 Ex quibus putrifiua reddita membra,  
 Non flat spiritus, nec pulmo anhelat.  
 Virtus nulla viget carnis humanae,  
 Subsistit facilis fessa dolore

## PARTE I. ILUSTRACIONES.

513

- 35 Hac laudis facie cuncta tabescunt,  
 Ut cera solito igne fugatur.  
 Infantes, iuvenes sexus utriusque,  
 Aetas ipsa senum cignea iamque,  
 Lactantes etiam ubera Matrum  
 40 Prostratur pariter vulnere diro.  
 Repletae nimium civibus Urbes,  
 Castella populis, villulae omnes  
 Effectae vacuae sunt<sup>1</sup>, solitudo  
 Cultore manet arida tellus.  
 45 Hanc peccata plagam nostra merentur;  
 Hoc nostrum facinus parturit ulcus;  
 Haec funesta quoque mempe lamenta  
 Admissa tribuunt nostra luenda.  
 Hac proinde pium cernui omnes  
 50 Sanctum, Christe, tuum quaessumus vultum,  
 Qui semper bonus es atque benignus  
 Contritos releva corde piatos.

## XI.

## AD SEXTA.

- Iram, quam merito sternimur, Auctor,  
 Iam suspende cito iure paterno,  
 Mucronemque plagae valde frementem,  
 A nostris propitiis partibus pelle.  
 5 Dele iam maculas mente patratas;

<sup>1</sup> Tanto en el código Dd, 73, como en el *Breviario de Lorenzana* se leen estos versos del siguiente modo:

Replet te nimium civibus urbes  
 Castella populis, villule omnes  
 Effecte vacue sunt, etc.

Pero esta lección no puede admitirse, porque no hace sentido, ni prosigue la pintura triste y terrible que se viene haciendo en las estrofas anteriores. La oscuridad ha sido causa sin duda de que algún lector haya escrito en el código Dd, 75, al margen de la voz *Castella* la palabra *Hispania*, creyendo tal vez que fuese más notable el error. Adoptando la lección que aquí ponemos, no sólo queda clarísimo este pasaje, sino que se advierte en él una bella gradación, así respecto de la idea, como de los términos *urbes*, *castella* y *villulae* con que se expresa, viniendo de mayor á menor.